RVDIMENTA GRAMMATICES, IN GRATIAM Iuventutis Scoticæ *conscripta*.

Prioribus æditionibus longè emendatior.

EDINBURGI,
Excudebat *Andreas Hart*. 1618.

TEMPVS

MAGISTER.

QUum literarum consideratio sit in primis necessaria, recense, mi puer, quæ tibi de literis à me tradita sunt.

PVER.

Literæ sunt duæ & viginti, a b c d e f g i k l m n o p q r s t u x y z.

Ex viginti duabus literis quinque sunt vocales, a e i o u: nam y Græca est.

Vocales per se possunt syllabas cõstituere.

DIPHTHONGI.

Ex vocalibus variè compositis diphthongi coalescunt.

æ, œ, au ut Musæ. Cœlum. Audio.

eu, ei ut euge, hei.

Vocales dictæ sunt, quia per se vocẽ edunt.

Diphthõgus est duarum vocalium in unã syllabã contractio.

CONSONANTES.

Reliquæ literæ consonantes appellantur, & sunt numero sedecim, b c d f g k l m n p q r s t x z.

Consonantes, quia cũ vocali sonãt.

Consonantium aliæ sunt mutæ, b c d f g k p q t.

Consonantes sine vocali syllabam non conficiunt.

F. inter semivocales à multis annumeratur.

Aliæ semivocales, l m n r s x z.
Quarum aliæ liquidæ, l m n r.
Aliæ duplices consonantes, x z.

Consonantibus adduntur i & v, quando sibi vel aliis vocalibus in eadem syllaba præponuntur: ut Iuno, Iovis, voluntas, virtus.

& q.'. abbreviationes sunt, non literæ.

K y z, Latinis dictionibus nunquam admiscentur.

H propriè quidem litera non est, sed aspirationis nota. MAGIST. Poterísne ex hisce literis conficere syllabas? Pv. Possum. MAG. Nunquid etiam ex syllabis dictiones? P. Scio, mi Præceptor. M. Benè habet: proxima cura est, ut intelligas ex dictionibus orationem constare. P. Et id intelligo.

DE DICTIONIBVS.

Dictiones quidem innumeræ sunt: revocari tamen possunt in octo classes; has orationis partes communiter appellant. MAG. Quid est pars orationis? Pv. Dictio quævis.

NUMERVS PARTIVM ORATIONIS.

Octo sunt partes orationis.

Declin. { Nomen. Pronomen. Verbum. Participium. } Indeclin. { Adverbium. Præpositio. Interjectio. Conjunctio. }

Earum quæ declinantur hæ tres, Nomen, Pronomen, & Participium flectuntur per genera,

nera, casus, & numeros, Verbum per modos, tempora & personas.

Genera principalia sunt, Masculinum, Fœmininum, & Neutrum.

Casus sex, Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, & Ablativus.

Numeri duo, { Singularis. / Pluralis. }

DECLINATIONES QUINQUE.

Admonitio necessaria.

Ultima tantùm syllaba in declinatione est mutabilis. DECLINATIONES.

PRima declinatio mittit genitivum singularem, & dativum in æ diphthongon.

Nominativus singularis primæ declinationis habet quatuor terminationes.

as, es, a, e } Masculini generis. Masc. gen. Fœminini generis. Fœminini generis.

as, es, ut, a, e } Æneas. Anchises. Litera. Circe.

as, es } habent sæpe accusativum { an, en }

Genitivus & dat. ſing. nom. & vocativus plural. æ diphthon. accuſ. ſing. am, vocat. & abl. ſing. a, gen. plur. arum, dat. & abla. plur. is, accuſ. pluralis as. PARADIGMA.

Singu.	Nominat.	litera	a letter
	Genitivo	literæ	of a letter
	Dativo	literæ	to a letter
	Accuſativ	literam	a letter
	Vocativo	litera	ô letter!
	Ablativo	litera	with, frō, in, by a letter
Plural.	Nomin.	literæ	letters
	Genitiv	literarū	of letters
	Dativo	literis	to letters
	Accuſat	literas	letters
	Vocati.	literæ	ô letters
	Ablati.	literis	with, from, in, by letters

SEcunda declinatio dignoſcitur per genitiv. ſing. in i, & dativum in o.

Nominativus ſingularis ſecundæ declinationis habet terminationes ſex.

er, ir, ur ut Gener, Levir, Satur — us, eus, um ut Ventus, Tydeus, Ingeniū

Genitivus ſing. nom. & vocat. plur. i, dativ. & ablat. ſing. o, accuſ. ſing. um, vocativ. eſt ſimilis nominativo, ſed nominat. in us, facit vocat. in e, genit. plural. orum, dativ. & abl. plur. is, accuſativus pluralis os.

PARA.

Sing	Nomin. gener	Plur	Nomi. generi
	Genitiv generi		Genit. generorũ
	Dativo genero		Dativ. generis
	Accusat generũ		Accusa gẽneros
	Vocati. gener		Vocat. generi
	Ablativ genero		Ablati. generis.

De dictionibus Neutri generis.

Nomina neutri generis in quavis declinatione, habent nominativum, accusativum, & vocativum similes in utroque numero: & plurali semper in a, nisi declinatione careant: ut

Singulariter		Pluraliter.	
Nominat. Accusativ. Vocativo.	Ingenium	Nomin. Accusat. Vocat.	Ingenia

MAG. Fac memineris, mi puer, te nomina tria declinasse. PV. Memini, mi præceptor. M. Poterisne simul flectere hæc tria & hoc ordine. *Gener, Litera, Ingenium.*

P. Experiar & assuescam. M. Fac modò periculum. PVER.

Sing	Nomin. gener litera, ingenium.	Plur	Nominativ. generi literæ, ingenia
	Genitiv. generi literæ, ingenii		Geniti. generorum literarũ, ingeniorum
	Dativ. genero literæ. ingenio		Dativ. generis literis. ingeniis.
	Accusa. generum literam ingenium		Accusat. generos literas, ingenia
	Vocativ. gener litera, ingenium		Vocativ. generi literæ, ingenia
	Ablativ. genero litera, ingenio.		Ablativ. generis literis, ingeniis.

MA. Probè factum: nam ſine negotio declinare poteris nomina complura, quæ vocantur adjectiva primæ & ſecundæ declinationis.

Ad hanc rationem declinationis pertinent participia in tus ſus, xus, & uus, rus, & dus.

Tener, a, um — Tenerrimus, a, um
Candidus, a, um — Cándidiſsimus, a, um
Formôſus, a, um — Formôſiſsimus, a, ũ
Ingratus, a, um — Ingratiſsimus, a, um

Eadem opera variabis cętera omnia.

TErtia declinatio dignoſcitur per genitivum in is, & dativum in i.

Nominativus ſingularis tertiæ declinationis habet undecim literas terminales, a e o, tres vocales. c d t, tres mutas: l. n. r. s. x, quinq; ſemivocales: ut, diadêma, mantîle, mucro, lac, David, caput, vectîgal, tibîcen, imber, civitas, felix.

Genit. ſing. is, dat. ſing. i, acc. ſing. em, vocat. eſt ſimilis nominativo, abla. ſing. e. Nom. accuſ. & vocat. plur. es, gen. um, vel ium, dat. & abl. plur. ibus.

PARADIGMA.

Sin.	Nomi. mucro	Plu.	Nomi. mucrônes
	Ge. mucrônis		Gen. mucrônum
	Dat. mucrôni		Dat. mucrônibus
	Ac. mucrônẽ		Accuſ. mucrônes
	Vocat. mucro		Vocat. mucrônes
	Abl. mucrône		Abl. mucrônibus

MAG. Nunc declina hoc nomen felix per tria genera & diſtinctè, ſed interim attẽde neutrum genus.

PVER. Nomin.

Sin	Nom.	felix,lix,lix	pl	No felices, ces,cia
	Geni.	felîcis		Ge feliciũ,iũ. ium
	Dativ	felîci		Da felicib⁹ ib⁹,ib⁹
	Accuſ	felîcẽ,cẽ,lix		Ac. felices, ces, cia
	Voca.	felix,lix,lix		Vo felices, ces, cia
	Ablat.	felîce vel ci		Ab. felicib⁹ ib⁹,ib⁹

ADMONITIO.

Item participia in ans, & in ens: de quibus ſuo loco.

Ad hunc typum referri debent cætera adjectiva tertię declinationis, ſive unã habeant terminationẽ, ut Vehemens, ferox: ſive duas, ut Mitis, pro maſculino & fœmin. & Mite pro neutro: ſive tres, ut Celeber, celebris, celebre: ſaluber, ſalubris, ſalubre.

QUarta declinatio dignoſcitur per genitivum in us, & dativum in ui.

Quartæ declinationis nominat. gen. & voc. ſingulares, nom. accuſ. & voc. plur. habent us, dat. ſing. ui, accuſ. ſing. um, abl. ſing. u, genit. plur. uum, dat. & abl. plur. ibus. PARAD.

Singul.	Nominat. fructus	Plural.	Nominativ. fructus	
	Genitivo fructus		Genitivo fructuum	
	Dativo fructui		Dativo fructibus	
	Accuſat. fructum		Accuſativo fructus	
	Vocativo fructus		Vocativo fructus	
	Ablativo fructu		Ablativo fructibus	

QUinta declinatio dignoſcitur per genitivum ſing. & dativum in ei.

Quintæ declinationis nomin. & vocat. ſing. nomin. accuſ. & voc. plur. es, genit. & dativ.

ſing. ei, accuſ. ſing. em: abl. ſing. e, gen. plur. erum, dat. & abl. plur. ebus. PARAD.

Sing.	Nominativo res	Plural.	Nominativo res
	Genitivo rei		Genitivo rerum
	Dativo rei		Dativo rebus
	Accuſativo rem		Accuſativo res
	Vocativo res		Vocativo res
	Ablativo re		Ablativo rebus

Mag. Nunc tenes, puer, nomina adiectiva eſſe vel primæ & ſecundæ declinationis, ut Durus, a, um: vel tertiæ tantùm ut Fortis, forte. *Puer.* Teneo.

DE FORMATIONE COMPARATIVI & Superlativi gradus.

COmparativus & ſuperlativus formantur à proximo caſu in i, addendo pro Comparativo ſyllabam or, & pro Superlativo ſ & ſimus, ut Docti, doctior, doctiſsimus.

Poſitivus in r Superlativum à nominativo format, addendo rimus, ut Pulcher, pulcherrimus: Pauper, pauperrimus.

Mag. Aſſueſce primùm ad præcedentes regulas accommodare hæc paradigmata.

Durus, a, um	Genit	Duri, ræ, ri
Durior, or, us		Durioris oris, oris
Duriſsimus, a, um		Duriſsimi, mę, mi.

Aliud Paradigma.

Mollis, lis, le	Genit	Mollis, lis, lis
Mollior, lior, lius		lioris, oris, oris
Molliſsimus, ma, mum		lliſsimi, mæ, mi.

Adverte

Adverte positivum interdum esse primæ & secundæ declinationis, interdum tertiæ tantùm: at comparativus semper est tertiæ. Superlativus, primæ & secundæ.

PRONOMEN.

Mag. QVot sunt pronomina simplicia?

Puer. Quindecim, Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras & vestras. *Mag.* Declina pronomina. *Puer.*

Singul.
- Nom. Ego
- Gen. mei
- Dat. mihi
- Accus. me
- Voc. deest
- Ablat. me.

Plural.
- Nomin. Nos
- Gen. nostrum, vel nostri
- Dat. nobis
- Accus. nos
- Voc. deest
- Abl. nobis

& cæteris, præter tu, meus, noster & nostras

Sing.
- Nomin. tu
- Genit. tui
- Dativ. tibi
- Accusat. te
- Vocat. tu
- Ablat. te

Plur
- Nomin. vos
- Gen. vestrum vel vestri
- Dativo vobis
- Accus. vos
- Vocat. vos
- Ablativo vobis

Singul
- Nominativo deest
- Genitivo sui
- Dativo sibi
- Accusativo se
- Vocativo deest
- Ablativo se.

Plural.
- Nom. deest
- Genit. sui
- Dativ. sibi
- Accusat. se
- Voc. deest
- Ablativ. se

Reliqui casus consentiunt, cum adjectivo primæ & secundæ declinationis.

- No. Ille, illa, illud
- Ge. Illius. dat. illi
- No Iste, ista, istud
- Ge. Istius, dat. isti
- No Ipse, ipsa, ipsũ
- Ge. Ipsius, dat. ipsi

N. is, ea, id
Geni. ejus
Dativo ei

N. plur ei, vel iis in da & abl. plu. eis vel iis.

Singul.	No.idem,eadē,idē	Plural.	N. iidē,eædē,eadem
	Genitivo ejuſdem		G.eorūdē,earū.eor.
	Dativo eidem		Dat.eiſdem vel iiſdē
	Ac.eundē,eādē,idē		Ac.eoſdē,eaſdē,eadē
	Vocativus deeſt		Vocativus deeſt.
	Ab.eōdē,eādē,eōd		Ab.eiſdē vel iiſdem.
Singul.	Nom.hic,hæc,hoc	Plural.	Nom. hi, hæ, hæc
	Genit. huius		G.horū,harū,horū
	Dativ. huic		Dativ. his
	Ac.hunc,hanc,hoc		Accuſ.hos, has,hęc
	Vocat. deeſt		Vocat. deeſt.
	Abla. hoc,hac,hoc		Ablat. his.

Meus,tuus,ſuus, noſter, veſter, declinantur ut adjectiva primæ & ſecundæ declinationis. Noſtras & veſtras, ut felix.

Quis nomen ſic declinatur.

Nomin. Quis vel qui,quę vel qua,quod vel quid:gen. cujus: dat. cui: accuſ. quem,quam, quod vel quid: vocat. deeſt: abl. quo,qua,quo: nom. plur. qui, quæ, quæ vel qua: genit. quorum,quarum, quorum: dat. queis vel quibus: Acc. quos, quas, quæ vel qua: vocat. deeſt: ablat. queis vel quibus.

VERBUM.

Thema Verbi Activi Conjugationis primæ.

Amo, amas, amavi, amare, amandi, amando, amandum, amatum, amans, amaturus.

?NDICATIVUS.

Præſens { A*I loue, thou loueſt, hee loueth: We loue,* Mo, amas, amat: amamus,

yee loue, they loue.
amatis, amant.
I loued.

Imperf { Amabam, bas, bat: bamus, batis, bant.
I haue loued.

Perfect { Amavi, viſti, vit: vimus, viſtis, erunt, vel ere.
I had loued.

Pluſquã { Amaveram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
I ſhall or will loue.

Futur { Amabo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.

IMPERATIVUS.

Loue thou.

Præſens { Ama, amet: amemus, amate, ament.

Alt. vox { Amato amato: amemus, amatote, amãto

OPTATIVUS.

God grant I loue.

Præſens { Amem, es, et: emus, etis, ent.
God grant I loued.

Imperf { Amarem, res, ret: remus, retis, rent.
God grant I haue loued.

perfect { Amaverim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
God grant I had loued.

Pluſqu. { Amaviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
God grant I ſhall loue.

Futur. { Amavero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

POTENTIALIS.

I may or can loue.

Præſens { Amem, mes, met: memus, metis, ment.
I might or ſhould loue.

Imperf { Amarem, res, ret: remus, retis, rent.
I might or ſhould haue loued.

Perfect { Amaverim, ris, rit: rimus, ritis, rint.

I might or ſhould had loued.
Pluſqu. Amaviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
I may or can loue hereafter.
Futurũ Amavero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

SVBIVNCTIVVS.

When I loue.
Præſens Amem, mes, met: memus, metis, ment.
When I ſhould loue.
Imperf Amarem, res, ret: remus, retis rent.
When I ſhould haue loued.
Perfect. Amaverim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
When I had loued.
Pluſqu. Amaviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
When I ſhall or will loue.
Futurũ. Amavero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Præſens Amare, *To loue.*
Inperfect. Amare, *To loue.*
perf. & pluſq Amaviſſe, *To haue or had loued.*
Futurum Amaturus, vel amaturum eſſe.

Tres Gerundii voces.

Amandi, *Of louing.*
Amando, *In louing.*
Amandum, *To loue.*

Supina cadunt à præterito perfecto Indicativi, ſed varia terminatione.

Amatum, *To loue.*

Participia præſentis temp. Amans, *Louing.*
Futuri, Amaturus, *To loue, or about to loue.*

Thema Verbi Paſſivi Conjugationis primæ.

Amor, amaris, vel amare, amatus ſum vel fui, amari, amatu, amatus, amandus.

Præſens
I am loued, thou art loued, hee is loued:
Amor, amaris vel amare, amatur:
Wee are loued, yee are loued, they are loued.
amamur, amamini, amantur.

Imperf.
I was loued.
Amabar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.

Perfect.
I haue beene loued.
Amatus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt fuerunt vel fuere.

Pluſqu.
I had beene loued.
Amatus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.

Futurũ.
I ſhall or will bee loued.
Amabor, beris vel bere, bitur: bimur, bimini, buntur.

IMPERATIVVS.

Præſens
Bee thou loued.
Amare, ametur: emur, amini, entur.

Alt. vox
Amator, tor: emur, aminor, antor.

OPTATIVVS.

Præſens
God grant I *bee loued.*
Amer, eris vel ere, etur: emur, emini, entur.

Imperf
God grant I *were loued.*
Amarer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.

Perfect.
God grant I *haue beene loued.*
Amatus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

God grant I had beene loued.

Pluſqu. Amatus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet, ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

God grant I bee loued heereafter.

Futur. Amatus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit ti erimus vel fuerim⁹, ti eritis vel fueritis, ti erũt vel fuerint.

POTENTIALIS.

I may or can bee loued.

Præſens Amer, eris vel ere, etur: emur, emini, entur.

I Was, ſhould or might be loued.

Imperf. Amarer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.

I might haue beene loued.

Perfect. Amatus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris tus ſit vel fuerit, ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

I might had beene loued.

Pluſqu. Amatus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet, ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

I may or can bee loued heereafter.

Futurũ Amatus ero vel fuero, tus eris vel fueris tus erit vel fuerit, ti erimus vel fuerim⁹, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

SVBIVNCTIVVS.

When I am loued.

Præſens Amer, eris vel ere, etur: emur, emini, entur.

When

When I *was loued.*

Imperf. Amarer reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.

When I *haue bene loued.*

Perfect. Amatus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

When I *had beene loued.*

Pluſqu. Amatus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

When I *ſhall bee loued hereafter.*

Futurũ Amatus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit; ti erimus vel fuerim⁹, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

INFINITIVVS.

Præſens & Imperfect. Amari, *To bee loued.*

Perfect. & Pluſq. Amatus, vel amatum eſſe vel fuiſſe, pro ratione nominis ſubjecti.

Futur. Amatum iri, amandus vel amandum eſſe, *To bee loued hereafter.*

Particip. præter. temp. Amatus, *Loued.*

Futuri, Amandus, *To bee loued.*

Thema Verbi Actiui Conjugationis ſecundæ.

Doceo, doces, docui, docere, docendi, docendo, docendum, doctum, docens, docturus.

INDICATIVVS.

Præſens Doceo, doces, cet: docem⁹, cetis, cent.

Imperf Docebam, bas, bat: bamus, batis, bant.

Perfect Docui, iſti, it: imus, iſtis, erunt vel ere.

Pluſqu. Docueram, ras, rat: ramus, ratis, rant.

Futurũ Docebo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.

Præſens. { Doce, doceat, doceamus, ete. ant.
Alt. vox. { Doceto, doceto: amus cetote, cento.

Optat. ſubiunct. & potent.

Præſens { Doceam, as, at: amus, atis, ant.
Imperf { Docerem, res, ret: remus, retis, rent.
Perfect { Docuerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſqu. { Docuiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. { Docuero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Præſ. & præt. imperf. { Docere.
Perfect. & pluſq. perf. { Docuiſſe. (eſſe.
Futurum. { Docturus vel docturum

Tres Gerundii voces.

Docendi, docendo, docendum.

Supinum, Doctum. Particip. præſ. temporis, Docens. Futur. Doctus.

Thema verbi Paſſivi Coniugationis ſecundæ.

Doceor, doceris vel docere, doctus ſum vel fui, doceri, docendi, docendo, docendum, doctu, doctus, docendus.

INDICATIVVS.

Præſens { Doceor, doceris vel docere, docetur: docemur, docemini, docentur.
Imperf { Docebar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.
Perfect. { Doctus ſum vel fui, doctus es vel fuiſti, doctus eſt vel fuit: docti ſumus vel fuimus, docti eſtis vel fuiſtis, docti ſunt fuerunt vel fuere.
Pluſqu. { Doctus eram vel fueram, doctus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus ve

mus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant,

Futur. Docebor, beris vel bere, bitur: bimur, bimini, bantur.

IMPERATIVVS.

Præſens. } Docere, atur: amur, emini, antur.
Alt. vox } Docetor, tor: amur, eminor, entor.

Optat. ſubiunct. & potent.

Præſens Docear, aris vel áre, atur: amur, amini, antur.

Imperf. Docerer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.

Perfect Doctus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

Pluſqu. Doctus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

Futurũ. Doct⁹ ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerim⁹, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

INFINITIVVS.

Præſ. & præter. imperf. Doceri. Perfect. & pluſq. perfect. Doctus vel doctum eſſe vel fuiſſe. Futur. Doctum iri, Docendus vel docendum eſſe. Supinum, Doctu. Particip. præter. temp. Doctus. Futuri, Docendus.

Thema verbi activi Coniugationis tertiæ.

Lego, legis, legi, legere, legendi, legendo, legendum, lectum, legens, lecturus.

Præſens, Imperf, Perfect, Pluſqu., Futurũ.
Lego, legis, legit: legimus, gitis, gunt.
Legebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Legi, iſti, it: imus, iſtis, erunt vel ere.
Legeram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Legam, ges, get: gemus, getis, gent.

IMPERATIVVS.

Præſens, Alt. vox
Lege, legat: amus, ite, ant.
Legito, legito: amus, tote, unto.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens, Imperf., Perfect, Pluſqu., Futurũ.
Legam, gas, gat: gamus, gatis, gant.
Legerem, res, ret: remus, retis, rent.
Legerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Legiſsem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Legero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Præſens & præterit. Imperfect. Legere.
Perfect. & Pluſq. perfect. Legiſse.
Futur. Lecturus vel lecturum eſse.

Tres Gerundii voces.

Legendi, legendo, legendum.

Supinum, Lectum. Participium præſentis temp. Legens. Futur. Lecturus.

Thema Verbi Paſsivi Conjugationis tertiæ.

Legor, legeris vel legere, lectus ſum vel fui, legi, lectu, lectus, legendus.

INDICATIVVS.

Præſens, Imperf., Perfect
Legor, legeris vel legere, legitur: legimur, legimini, leguntur.
Legebar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.
Lectus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis

vel fuiſtis, ti ſunt fuerunt vel fuere.

Pluſqu. Lectus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.

Futurũ. Legar, eris vel ere, etur: emur, emini, entur.

IMPERATIVVS.

Præſens { Legere, atur: amur, imini, antur.
Alt. vox { Legitor, tor: amur, iminor, untor.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens Imperf { Legar, aris vel are, atur: amur, amini, antur. Legerer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.

Perfect. { Lectus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

Pluſqu. Lectus eſsem vel fuiſsem, tus eſses vel fuiſses, tus eſset vel fuiſset: ti eſsemus vel fuiſsemus, ti eſsetis vel fuiſsetis, ti eſsent vel fuiſsent.

Futurũ. Lectus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

INFINITIVVS.

Præſ. & præt. Imperf. Legi. Perf. & Pluſq. perf. Lectus vel lectum eſse vel fuiſse. Futurũ, Lectum iri, Legendus vel legendum eſse. Supinum, Lectu. Particip. præt. tempor. Lectus. Futuri, Legendus.

Thema Verbi Activi Conjugationis quartæ.

Audio, audis, audivi, audire, audiendi, audiendo, audiendum, auditum, audiens, auditurus.

INDICATIVVS.

Præſens Audio, audis, audit: audimus, auditis, audiunt.
Imperf Audiebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Perfect. Audivi, iſti, it: imus, iſtis, erunt vel ere.
Pluſqu. Audiveram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futur. Audiam, es, et: emus, etis, ent.

IMPERATIVVS.

Præſens Audi, audiat: audiamus, audite, audiant
Alt. vox Audito, audito: audiamus, tote, unto.

Optat. ſubiunct. & potent.

Præſens Audiam, as, at: amus, atis, ant.
Imperf Audirem, res, ret: remus, retis, rent.
Perfect Audiverim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſqu. Audiviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. Audivero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Præſ. & præt. imperfec. Audire. Perfect. & pluſqu. perf. Audiviſſe. Futur. Auditurus vel auditurum eſſe. Tres Gerundii voces, Audiendi, audiendo, audiendum. Supinum Auditum. Particip. præſ. temp. Audiens. Fut. Auditurus.

Thema verbi Paſſivi, Coniugationis quartæ.

Audior audiris vel audire, auditus ſum vel fui, audiri, di, do, dum, auditu, auditus, audiendus.

INDICATIVVS.

Præſens Audior, audiris vel audire, auditur: audimur, imini, untur.
Imperf Audiebar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.
Perfect Auditus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit, ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt fuerunt vel fuere.

Pluſqu. Auditus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.

Futur. Audiar, eris vel ere, etur: emur, emini, entur.

IMPERATIVVS.

Preſens Audire, audiatur: amur, imini, antur.
Alt. vox Auditor, tor: amur, iminor, antur.

Optat. ſubiunct. & potent.

Preſens Audiar, aris vel are, atur: amur, amini, antur.

Imperf Audirer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.

Perfect Auditus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

Pluſqu. Auditus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

Futur. Auditus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

INFINITIVVS.

Preſ. & pret. imperf. Audiri. Perf. & pluſq. perfect. Auditus vel auditum eſſe vel fuiſſe. Futur. Auditum iri, audiendus vel audiendum eſſe. Supin. Auditu. Particip. preter. temp. Auditus. Futur. Audiendus.

EO.

INDICATIVVS.

Præſens, Imperf., Perfect., Pluſqu., Futur.
Eo, is, it: imus, itis, eunt.
Ibam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Ivi, viſti, vit: vim°, viſtis, verunt vel vere
Iveram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Ibo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.

IMPERATIVVS.

Præſens. I, eat: eamus, ite, eant.
Alt. vox Ito, ito: eamus, itote, eunto.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens, Imperf, Perfect, Pluſqu., Futur.
Eam, eas, eat: eamus, eatis, eant.
Irem, res, ret: remus, retis, rent.
Iverim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Iviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Ivero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Præſens & præter. imperf. Ire. Perfect. & pluſq. perfect. Iviſſe. Futur. Iturus vel iturum eſſe. Tres Gerundii voces, Eundi, eundo, eundum. Supina, Itum, itu. Participium præſent. temp. Iens. Futur. Iturus.

Queo ſimiliter conjugatur.

VOLO.

INDICATIVVS.

Præſens, Imperf, Perfect., Pluſqu., Futur.
Volo, vis, vult: volumus, vultis, volunt.
Volebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Volui, iſti, it: imus, iſtis, erunt vel ere.
Volueram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Volam, les, let: lemus, letis, lent.

¶ Deeſt huic verbo modus Imperativus.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens Velim, lis, lit: limus, litis, lint.

Imperf.

Imperf | Vellem, les, let: lemus, letis, lent.
Perfect | Voluerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſqu. | Voluiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. | Voluero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Præſens & præter. imperf. Velle. Perfect. & pluſqu. perfect. Voluiſſe. Futur. deeſt. Particip. præſent. temp. Volens.

NOLO.

INDICATIVVS.

Præſens | Nolo, nonvis, nonvult: nolumus, nonvultis, nolunt.
Imperf | Nolebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Perfect | Nolui, iſti, it: imus, iſtis, erunt vel ere.
Pluſqu. | Nolueram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futur. | Nolam, les, let: lemus, letis, lent.

IMPERATIVVS.

Præſens | Noli, Nolite.
Alt. vox | Nolito, Nolitote.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens | Nolim, lis, lit: limus, litis, lint.
Imperf | Nollem, les, let: lemus, letis, lent.
Perfect | Noluerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſqu. | Noluiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. | Noluero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Præſens & præteri. imperf. Nolle. Perf. & pluſqu. perf. Noluiſſe. Futur. deeſt. Particip. præſ. temp. Nolens.

INDICATIVVS.

Præſens | Fero, fers, fert: ferimus, fertis, ferunt.
Imperf | Ferebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Perfect | Tuli, liſti, lit: limus, liſtis, erunt vel ere.

Pluſqu. Tuleram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futur. Feram, res, ret: remus, retis, rent.

IMPERATIVVS.

Preſens Fer, ferat: feramus, ferte, ferant.
Alt. vox Ferto, ferto: feramus, fertote, ferunto.

Optat. ſubiunct. & potent.

Preſens Feram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Imperf Ferrem, res, ret: remus, retis, rent.
Perfect Tulerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſqu. Tuliſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. Tulero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Preſ. & pret. imperf. Ferre. Pret. perf. & pluſq. perf. Tuliſſe. Futu. Laturus vel laturum eſſe. Tres Gerundii voces, Ferendi, ferendo, ferendum. Supin. Latum. Partic. preſ.-temp. Ferens. Futur. Laturus.

INDICATIVVS.

Preſens Feror, ferris vel ferre, fertur: ferimur, ferimini, feruntur.
Imperf Ferebar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.
Perfect Latus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt fuerunt vel fuere.
Pluſqu. Latus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.
Futur. Ferar, reris vel rere, retur: remur, remini rentur.

IMPERATIVVS.

Preſens Ferre, atur: amur, imini, antur.
Alt. vox Fertor, tor: amur, aminor, untor.

Preſens { Ferar, raris vel rare, ratur : ramur, ramini, rantur.
Imperf { Ferrer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.
Perfect { Latus ſim vel fuerim , tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.
Pluſqu. { Latus eſſem vel fuiſſẽ, tꝰ eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemꝰ vel fuiſſemꝰ ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſẽt
Futur. { Latus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit : ti erimus vel fuerimꝰ ti eritis vel fueritis , ti erunt vel fuerint

INFINITIVVS.

Preſ. & pret. imperf. Ferri. Perf. & pluſq. perf. Latus vel latum eſſe vel fuiſſe. Futur. Latum iri. Ferendus vel ferendum eſſe. Supin. Latu. Particip. pret. temp. Latus. Futu. Ferendus.

INDICATIVVS.

Preſens { Fio, fis, fit: fimus, fitis, fiunt.
Imperf { Fiebam, bas, bat : bamus, batis, bant.
Perfect { Factus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt fuerint vel fuere.
Pluſqu. { Factus eram vel fueram , tus eras vel fueras , tus erat vel fuerat : ti eramus vel fueramus , ti eratis vel fueratis , ti erant vel fuerant.
Futur. { Fiam, fies, fiet: fiemus, fietis, fient.

IMPERATIVVS.

Preſens. { Fiat, fiamus, fite, fiant.
Alt. vox. { Fito, fito, fiamus, fitote, fiunto.

Præſens { Fiam, fias, fiat: fiamus, fiatis, fiant.
Imperf. { Fierem, fieres, fieret: fieremus, retis, rent.
Perfect. { Factus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerim⁹, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.
Pluſqu. { Factus eſſem vel fuiſſẽ, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſem⁹ vel fuiſſem⁹, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.
Futur. { Factus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erim⁹ vel fuerim⁹, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

INFINITIVVS.

Præſens & præter. imperf. Fieri. Perfect. & pluſqu. perfect. Factus vel factum eſſe vel fuiſſe. Futur. Factum iri, Faciendus vel faciendum eſſe. Gerundii voces, Faciendi, faciendo, faciendum. Supinum, Factu. Particip. præter. temp. Factus. Futur. Faciendus.

INDICATIVVS.

Præſens { Sum, es, eſt: ſumus, eſtis, ſunt.
Imperf. { Eram, eras, erat: eramus, eratis, erant.
Perfect. { Fui, fuiſti, fuit: imus, iſtis, erunt vel ere.
Pluſqu. { Fueram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futur. { Ero, eris, erit: erimus, eritis, erunt.

IMPERATIVVS.

Præſens. { Sis vel es, ſit: ſimus, ſitis vel eſte, ſint.
Alt. vox. { Eſto, eſto: ſimus, eſtote, ſunto.

Optat. ſubiunct. & potent.

Præſens { Sim, ſis, ſit: ſimus, ſitis, ſint.
Imperf. { Eſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Perfect. { Fuerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Pluſqu. | Fuiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. | Fuero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

INFINITIVVS.

Præſens & præt. imperfect. Eſſe. Perfect. & pluſq. perf. Fuiſſe. Futur. Futurus vel futurum eſſe. Vnum participium habet præſ. temp. Ens.

Terminationes Participiorum.

Terminationes participiorum ſunt octo, Ans, ens, tus, ſus, xus, uus, rus, dus.

Participiorum Declinatio.

Quæ deſinunt in Ans & in Ens, ſequuntur tertiam nominis declinationem. Reliqua verò declinantur ut Bonus, bona, bonum.

DE RVDIMENTIS DEFINITIONVM, DIVISIONVM, ET ACCIDENTIVM.

MAGISTER.

NOmen quid eſt?

PVER. Pars orationis, qua res quæque appellatur, ſive ea res ſub ſenſum cadat: ut Lapis, manus: ſive non cadat: ut Deus, Angelus.

MAG. Quomodo dividitur nomen?

PVER. In ſubſtantivũ & adjectivum.

MA. Quid eſt Subſtantivum nomen?

PV. Quod nihil addi poſtulat ad ſuam ſignificationẽ exprimendam: ut Arc⁹.

MAG. Quid eſt Adjectivum?

Sunt quæ inter Subſtantiva & Adjectiva, mediam obtinent naturam, & vocantur Ambigua: ut

Commilito, contubernalis, Rex, & similia.

PVER. Quod Substantivo indiget, cui in oratione adhæreat: ut Piger.

Est autem Substantivum duplex, { Proprium, & Appellativum.

Proprior sũ nominum tria sunt genera, Prænomẽ, Nomen, Cognomen.

M. Quod nomen appellas Proprium?

PV. Quod rem unam singulam significat: ut Hercules, Hector.

MA. Quid Appellativum vocas?

PV. Quod rem multis communem significat: ut Homo, animal.

MAG. Recitato accidentia nomini. PV.

Declinatio, Genus, Numerus, { Casus, & Comparatio,

Mag. Declinatio quid est?

Puer. Est finalis syllabæ variatio per casus.

M. Quid adfers de genere?

P. Genera sunt numero septem,

Masculinum, Fœmininum, Neutrum, { cõmune duũm, comm. trium, Promiscuum, } & Dubium.

M. Defini singulatim omnia.

Masculinũ, & fœminínum, per terminationem & autoritatem noscuntur in his quæ sexum non recipiunt, ut Lapis, digitus.

P. Nomen masculini generis appello, quod ad mares pertinet: ut Terentius, scriba: vel quod adjectivis masculinis jũgitur. Nomẽ fœminini generis, quod ad fœminas pertinet: ut Cornelia, mater: vel quod adjectivis fœmininis jungitur. Neutri generis nomẽ

men est, quod adjectivis neutri generis tantùm jungi solet, ut saxum, jumentum. Cõmune duûm est, in quo sexus facilè discernitur: ut Bos, sus. Commune trium est, quod cum substantivo cujusvis generis convenire potest: ut Velox. Promiscui generis sunt, in quibus sexus difficiliùs distinguitur: ut Passer, anser, aquila. Nomen dubii generis est, quod pro eadem re in vario genere reperitur, solo authorum arbitrio: ut Dies, silex.

Propter sola adjectiva reperta sunt in substantivis genera, alioquì generum usus non esset necessarius.

M. De numero quid est dicendum?

P. Numeri duo sunt: nam Homo est singularis numeri, quia unam rem significat: Homines verò pluralis, quia plura significat. *Admonitio.*

Collectivũ nomen: ut Concio populus, gens, vim obtinẽt pluralem. Item copulatum, ut Virgilius & Terentius.

Quædã sunt voce pluralia, vi singularia, ut Kalendæ, Nonæ, Idus.

Quędam nomina sunt primitiva, quędam ex his facta, vel inflexione ultimæ syllabæ: ut à Iusto, justitia: vel compositione partium plurium: ut Ineluctabilis. Eadem est ratio cęterarum partiũ, quòd attinet ad primitiva & derivativa: idem ad simplicia & composita.

M. Nihílne ampliùs adfers de casu, præter id quod est dictum priùs?

P. Nominativus dicitur rectus, reliqui obliqui.

COMPARATIO NOMINVM.

M. Quæ nomina comparantur?

P. Adjectiva, quorum significatio potest augeri vel minui.

M. Quot sunt gradus comparationis?

P. Gradus comparationis sunt tres, Positivus, Comparativus & Superlativus.

M. Quomodo hi gradus significatione differũt?

P. Positivus rem sine excessu significat: ut Candidus, *white*. Comparativus est, qui exponi potest per Positivum & adverbium Magis: ut Candidior, *whiter*. Superlativus, qui resolvitur in suum positivum cum Adverbio Valde vel maximè: ut Candidissimus, *whitest, or, most white*.

OBSERVATIO.

Interrogativũ est, quo de re aliqua quærimus. Relativum quod aliquid ex præcedente oratione repetit. Partitivum est, quod aut multos figillatim significat: ut Vterque, unusquisq; aut unum ex multis: ut Alter, alius.

Observabis præterea, puer, Nomen multifariam dici: nam aliud interrogativum, ut Quis: aliud relativum, ut Qui: aliud partitivum, ut Quisque: aliud patronymicũ, ut Tydides: aliud Gentile, ut Græcus, Scotus: aliud Numerale, & id non una ratione, nam alia dicuntur,

Cardinalia,	ut	unũ, duo, tres, &c.
Ordinalia,		primus, secũd⁹, &c
Distributiva,		singuli, bini, terni.
Multiplicativa,		simplex vel simpl⁹. duplex vel duplus.

Sunt item quędam numeralia in arius: ut binarius, ternarius, &c. *De Pronom.*

PRonomen est pars Orationis, quę pro ipso nomine posita definitam significat personam.

M. Quomodo partiris pronomina?

P. In

P. In Demonstrativa, Relativa, Possessiva, & Gentilia. *M.* Fac ut definias singula.

P. Pronomen Demonstrativum est, quod rem demonstrat: ut Ego, tu, sui. Relativum est, quod aliquid ex præcedente oratione repetit: ut Ille, ipse, iste, hic, is, & compositum Idem, quæ interdum demonstrativa sunt. Possessivum est, quod significat rem tanquam possessam: ut Meus, tuus, suus, noster, vester. Pronomen Gentile sive patrium, quod significat patriam cum differentia certæ personæ: ut Nostras & vestras.

Sui à priore sensum non desiderat, & unico verbo contentum est, proinde Relativum non est.

Sui & suus reciproca sunt, hoc est ad eandem personam redeūt quæ præcedebat, & ad tertiā personam.

Vel pronominū octo sunt principalia, septē derivata.

M. Quot sunt pronomina primitiva?

P. Octo, Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is. *M.* Quot sunt derivativa?

P. Septem, Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras. *M.* Da accidentia pronomini.

P. Genus, numerus, persona, casus, declinatio.

M. Quid de genere pronominum sentis?

P. Quinque sunt generis omnis, sub terminatione una, Ego, tu, sui, nostras & vestras. Cætera verò sub tribus terminationibus: Ille, illa, illud: meus, mea, meum. *M.* Numeri quot sunt?

P. Duo. Singularis, Pluralis, } ut { Ego. Nos.

M. Casus in pronomine quot? *P.* Sex, quemadmo-

admodum in nomine. *M.* In Pronomine quot ſunt perſonæ? *P.* Tres:

Omnis vocativus eſt perſonæ ſecundæ. Prima, Secunda, Tertia, } ut { Ego, Tu, Ille, & reliqua. } tantùm.

De compoſitione Pronominum.

PRonomina inter ſe componuntur, Ego, tu, ſui cum Ipſe per omnes caſus: ut Egoipſe, tuipſe, ſuiipſius, iſte & ille cum hic: ut

Hujus, iſtius illius, cum genitivo modi. Iſthic, Iſthęc, Iſthoc vel Iſthuc } a c { Iſthunc, Iſthanc, Iſthoc vel iſthuc } ab { Iſthoc, Iſthac, Iſtoc.

Plural. nominativo & accuſ. Iſthæc. Eodem modo declinatur & Illic, illæc, illoc vel illuc.

Item Is & Ille componuntur cum adverbio Ecce: ut

{ Eccum, Eccam, Eccos, Eccas, } ab ecce & is { Ellum, Ellam, Ellos, Ellas, } ab ecce & ille { Idem, Eadē, Idem } ab Is & demum adverbio.

Item pronomina componuntur cum conjunctione ne: ut

Hiccine, Hęccine, Hoccine } Accuſat. { Hunccine, Hanccine, Hoccine } Ablat. { Hoccine, Haccine, Hoccine

Plural. Hæccine, in genere neutro, in nominativo & accuſ.

Item hi ablativi, Me, te, ſe, nobis, vobis, componuntur cum præpoſitione Cum: ut Mecum, tecum, &c. *Quicum & quibuſcum huc referri poſſunt.*

Componuntur denique cum ſyllabicis adjectionibus, Met, te, ce, pte, tim: ut Egomet, tute, hujuſce, ſuapte, meatim.

DE VERBO.

VErbum eſt pars Orationis, quæ modis & temporibus inflexa, aut agere ſignificat, ut Verbero: aut pati, ut Verberor: aut eſſe, ut Sum. *M.* Quæ eſt prima verborũ diviſio? *P.* Verbum imprimis dividitur in perſonale, quod certis perſonis diſtinguitur, ut Lego, legis, legit. Et impersonale, quod diverſarũ perſonarum vocibus non variatur, ut Pœnitet, tædet, miſeret.

Tria ſunt genera verborum, quoad ſignificationem, Activum, Paſſivum, Neutrum.

Tria ſunt verborum genera, quoad terminationem: deſinunt enim verba, vel in o, vel in r, vel in m. *M.* Quot ſunt verborum genera, ſignificationis pariter, & terminationis reſpectu? *P.* Quinque:

{Activum, Paſsivum,} {Neutrum, Deponens} {& Commune.}

ACTIVVM.

Activum eſt, quod in o finitum, paſſivum in or formare poteſt: ut Doceo, doceor.

PASSIVVM.

Paſſivum eſt, quod in or finitum, activam formam r dempto reſumere poteſt: ut Audior, audio.

NEVTRVM.

Neutrum eſt, quod in o vel in m finitum, paſ-

ſivam formam admittere non ſolet: ut Curro, ambulo, ſum.

DEPONENS.

Deponens eſt, quod in or ſemper finitum, vel verbi activi ſignificationem habet: ut Loquor mendacium: vel neutri, ut Philoſophor.

COMMVNE.

Quod in or finitum, tam activam, quàm paſſivam ſignificationem habet: ut Experior, hortor, amplector, interpretor, conſolor, ſtipulor, adulor, ementior, multaque id genus alia.

Paſſive exponuntur, ſi primitiva habeant paſſiva: ut Macreſco: i. macreor. Vbi deeſt paſsivum, exponuntur per adjectivum primitivi & verbum fio, ut Albeſco, i. albus fio.

In ſco ſignificant paſſionem intrinſecam, ut Caleſco. In (fio) autem extrinſecam, i. quæ aliunde eſt.

Formantur à ſupino poſteriore.

M. Obſerva (mi puer) quatuor formas factorum verborum. *P.* Nam quędam in ſco finiuntur, quæ augmentativa appellantur: ut Ægreſco, macreſco: formantur omnia à ſecunda perſona, & ſunt conjugationis tertiæ.

Alia deſinunt in rio, & deſiderativa dicuntur, quia deſiderium prędter primitivum deſignant: ut Cœnaturio: i. cupio cœnare. Omnia ſũt quart. conjugat. & à Supino in u deducuntur.

Alia ſunt frequentativa, in To, ſo, xo, or, & ſignificant frequenter cum ſuis primitivis: ut Dormito, i. frequenter dormio: verſo, nexo, ſector. Omnia ſunt conjugationis primæ.

Sunt deniq; in ſo deſinentia, quæ vocantur inchoativa itionis: ut Viſo, i. eo ad videndum: capeſſo, i. eo ad ca-

piendū. Omnia ſunt conjugat. tertiæ.

M. Da accidentia verbo. *P.*

Verbo quidem accidunt iſta, { Modus, Tempus, Perſona, } { Cōjugatio, & Numerus.

DE SEX MODIS.

M. Jubeo te definire ſex modos verbi. *P.* Indicativus modus, quo ſimpliciter aliquid fieri aut non fieri ſignificamus: ut *Probitas laudatur, & alget.*

Imperativus modus quo inter imperandum utimur: ut *Paſce capellas.*

Optativus, quo optamus rem aliquam fieri: ut

O mihi præteritos referat. ſi Iupiter annos.

Optativus ſemper adhæret adverbio optandi, expreſſo vel ſubaudito.

Potentialis, quo poſſe, velle, aut debere fieri aliquid ſignificamus: ut

Quis rem tam veterem pro certo affirmet?

Subjunctivus, qui ſententiā non abſolvit, niſi alteri ſubiiciatur verbo: ut

Cùm fueris felix multos numerabis amicos.

Infinitivus, qui agere quidē aut pati ſignificat, at citra certam numeri & perſonæ differentiam: ut

Malim eſſe probus quàm haberi.

M. Defini quinque temporum differentias. *P.* Præſens, quo actio nunc geri ſignificatur: ut *Scitè ſcribit frater tuus.*

Diminutiva in lo vel ſſo exeunt: ut Sorbillo, ſtillo, pinſſo. i. modicè forbeo, canto, bibo. Imitativa ſunt, quæ imitationē ſignificant: ut Patriſſo. At Latini hac forma non adeò delectati ſunt, unde pro Græciſſo, græcor uſi ſunt, ut Cornicor à cornice, vulpinor à vulpe, bacchor à Baccho.

Optativus potentialis & ſubjunctivus diſcernuntur, non voce ſed ſignificatu & ſignis.

Subjunctivus aliquam conjunctionem annexam habet.

Imperfectum, quo actio incepta, sed non perfecta significatur: ut

Hîc Templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, ——

Perfectum, quo perfecta absolutaque significatur: ut *Expedivi negotia tua.*

Præteritum plusquamperfe. nunquam legitur, nisi subjectum Imperfect. aut perfecto, cujus respectu hoc nomen sortitur.

Plusquamperf. significat rem perfectam, sed respectu alterius præteriti, ut

Diruta mariti tui Lyrnesia mœnia vidi,
Et fueram patriæ pars ego magna meæ.

Futurum, quo res in futuro gerenda dicitur: ut

Ibimus, ô Nymphæ, monstratáq; saxa petemus.

De persona, numero, & coniugatione, satis dictum priùs.

DE GERVNDII VOCIBVS.

Voces Gerundii & Supina significationẽ præsentis, infiniti verbi habent unde deducuntur.

DE PARTICIPIO.

M. PArticipium quid est?

P. Pars Orationis, quæ à nomine, genera & casus, à verbo tempora & significationes, ab utroque numerum accipit.

M. Da accidentia Participio. *P.* Accidunt participio, Genus, casus, tempus, significatio, numerus.

M. De genere, numero, casu & declinatione participiorum satis est dictum suprà. Restat igitur ut de tempore & significatione dicatur, sed imprimis explica temporum differentias.

P. Participia in ans & in ens finita præsentis sunt temporis: ut Vigilans, dormiens.
Præteriti temporis sunt ea quæ exeunt in tus, sus, xus, uus: ut Doctus, visus, nexus, mortuus.
Futuri verò definentia in rus, dus: ut Lecturus, legendus.

M. De significatione participiorũ quid sentis?

P. Ea participia activè significant, quæ ab activis cadunt: ut Docens, docturus, à doceo: Metẽs, messurus, à meto.

Ab activo cadunt præsens in ns, futurum in rus.

Quæ à passivis descendũt, significãt passivè ut Auditus, audiẽd°, ab audior. A neutris cadẽtia, neutraliter significant: ut Currens, cursurus, à curro. Participia formata à deponentibus, imitantur significationem suorũ verborum: ut Loquens, loquutus, loquuturus, à Loquor.

A passivo præteritum in Tus, sus, xus, futurũ in dus.

A neutris præsens in ns, futurum in rus.

A deponente cadunt tria præsens in ns, præteritum in tus, sus, xus, uus, futurũ in rus.

Communium verborum participia præteriti temporis, communem significationem induunt: at in ns, & rus, finita activam tantùm: in dus passivam solùm.

A communi quatuor: præsens in ns, præteritum in tus, sus, xus, duo futura, rus, dus.

M. Fac ut memineris omnia participia derivata esse. *P.* Fiet.

OBSERVATIO.

Similia sunt participiis ista: Tunicatus, togatus, ansatus, personatus, larvatus, pedatus, & innumera hujus generis vocabula, quæ

à nominibus non à verbis derivantur.

DE ADVERBIO.

M. ADverbium quid eſt? *P.* Pars Orationis non flexa, quæ adiecta Verbo vel Adiectivo, ſenſum eius perficit atque explanat. *M.* Recenſe accidentia Adverbio. *P.* Significatio & comparatio. *M.* Significationes quot ſunt? *P.* Penè innumeræ. *M.* Recita aliquot uſitatiores, & imprimis Adverbia quæ referuntur ad quietem vel motionem in loco.

1 Hæc reſpondent ad ubi.
2 Peregre, foris, & nuſquam, nunc quietem, nunc motionem ſignificant.
3 Quò ad hæc interrogativum eſt.
4 Quorſum ad hæc interrogativum eſt.
5 Hæc reſpondent ad unde.
6 His confinia ſunt Humanitus ſtirpitus, radicitus, divinitus, comminus, eminus.

P. 1 Hic, iſtic, illic, intus, 2 foris, nuſquam, ubicũque, ubivis, alibi, ſicubi, ſuperiùs, inferiùs, ubi, ubilibet, ubiubi, alicubi, inibi, necubi.

M. Recenſe adverbia ſignificantia motionem ad locum.

P. 3 Huc, iſtuc, illuc, aliò, aliquò, nequò, ſiquò, eò, eódem, quolibet, quovis, utroque, neutrò, quocũque, foràs, 4 horſum, aliorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, antrorſum, retrorſum, quoquoverſum, ſurſum, deorſum.

M. Recenſe ſignificantia motũ è loco.

P. 5 Hinc, iſtinc, illinc, aliundè, alicundè, ſicundè, necundè, indidem, undè, undelibet, undevis, undecunque, utrinque, ſupernè, infernè, 6 cœlitùs, funditùs.

M. Cedo ſignificantia per locum.

P. 7 Hac, iſtac, illac, aliqua, qua, ſiqua, quacunque, ea, eadem, quaque, nequa.

M. Da temporis.

P. 8 Quando, herì, hodiè, cras, pridiè, poſtridiè, jampridem, aliàs olim, perendiè, nudiuſtertius, nudiuſquartus, nudiuſquintus, 9 tantiſper, pauliſper, parumper, quoties, 10 ſæpè rarò, diù, noctù interdiù, imprimis, jamprimùm, hactenus, ſimulac, ſimulatque, plerunque.

M. Da quantitatis.

P. Parùm, minimè, maximè, ſummùm, ad ſummum, longiſsimè, plurimùm, paululum, minimùm, ſatis, omnino.

M. Da numeri.

P. Semel, bis, ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, novies, decies, 11 vicies, tricies, quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, nonagies, centies, millies.

M. Da ordinis.

P. Inde, deinde, dehinc, deinceps, imprimis, primùm, jamprimùm, poſtremò, denique, tandem, ad ſummum, inſumma noviſsimè, demùm.

M. Da qualitatis.

P. Doctè, ſcitè, pulchrè, appoſitè, fortiter, gnaviter, & ſimilia.

M. Da interrogandi.

P. Cur, quare, quamobrem, quid ita, quinam, quomodo, 12 quò, quantùm, quin, ecquid, unde, num.

M. Da dubitandi.

P. Forſan, forſitan, fortaſsis, fortaſſe, forſit, & fors.

7 Hæc reſpondent ad qua

8 Hæc reſpondent ad quando.

9 Ad quamdiu reſponde per tantiſper, &c.

10 Ad quoties reſponde per ſæpe, raro: & id genus alia. Item per ſemel, bis, ter, &c.

11 Adde numeralia quæ antecedunt, Decies, tricies, quadragies, &c.

12 Pro ad quem uſum Adverbia derivantur; à nomine, ut Docte, fortiter, à doctus, fortis. Item à pronomine: ut Huc, iſtuc, illuc, ab hic, iſte, ille. Item à verbo: ut Caſim, tractim à cædo, traho.

Item à præpositione, ut Intro, ab intra.
A nomine & verbo, ut Pedetentim à pes & teneo.

M. Da separandi.

P. Seorsùm, privatim, speciatim. egregiè, nominatim, segregatim, viritim, vicatim, oppidatim, ostiatim, frustulatim, minutatim.

M. Da congregandi.

P. Simul, unà, pariter, universum, in totum, generatim, conjunctim, universaliter, generaliter.

M. Da vocandi.

P. O, heus, eho.

M. Da respondendi affirmativè.

P. Etiam, sic, certè, næ, ita, quidni.

M. Da negandi.

P. Non, haud, nequaquam, minimè, & ne *pro* non.

M. Da prohibendi. P. Ne.

M. Da confirmandi.

P. Profectò, certè sanè, planè nempe, utique, nimirùm prorsus, adeò, scilicet.

M. Da jurandi.

P. Herclè, pol, ædepol mehercules, castor, ecastor, diusfidius mediusfidius.

M. Da eligendi.

P. Potiùs satiùs. potissimùm, imò,

M. Da hortandi.

P. Eia, age, agite, agedum, ehodum, sodes, sultis, amabo, amabo te.

M. Da optandi. P. Utinam, O, osi, si.

M. Da demonstrandi. P. En, ecce.

M Da comparandi. *P.* Magis, minùs, maximè, minimè, tam, quàm, æquè, ac.

M. Da ſimilitudinis.

P. Ita, itidem, ut, tanquam, quaſi, ceu, uti, velut, veluti, ſic, ſicut, ſicuti.

M. Da eventus.

P. Forte, fortuitò, caſu, fortefortunà.

M. Da intendendi.

P. Valde, magnopere, impenſe, impendio, perquam, longe, apprime, immodice, admodum, 13 adeo, imprimis.

13 Adeo pro valde, Imprimis pro valde.

M. Da remittendi.

P. Senſim, paulatim, pedetentim, vix, ægre.

M. Da excluſionis.

P. Tantum, ſolum, tantummodo, ſolummodo, duntaxat, modo, demum.

M. Da diverſitatis. P. Aliter, ſecus.

M. Da concedentis.

P. Licet, eſto, ſit, ita, ſit ſane.

M. Da negatæ ſolitudinis.

P. Non ſolum, non tantum, non modo, nedum.

M. Da rei non peractæ.

P. Ferme, fere, prope, propemodum, tantum non, modo non.

M. Da explanandi.

P. Puta, utpote, utputa.

M. Da perſonalia.

P. 14 Mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum.

14 Alii volunt eſſe orationes.

DE COMPARATIONE.

M. Quæ adverbia comparantur. P. Adverbia potiſsimũ à nominibus adjectivis nata: ut Docte, doctius, doctiſsime.

Comparantur quædã adverbia à nominibus non nata, ut Sæpe, ſæpius, ſæpiſsime, ſecus, ſeclus, nuper, nupertime: diu, diutius, diutiſsime

M. PRæpoſitio quid eſt?

P. Pars orationis, quæ caſui ſemper jungitur, aut in compoſitione tantum cernitur.

M. Da præpoſitioni accidentia.

P. Præpoſitioni accidit caſuum regimen, ſive exigentia. M. Da præpoſitiones accuſativum regentes.

P. 1 Ad, apud, ante, adverſum vel adverſus, cis, citra, circum, circa, circiter, inter, contra, erga, extra, infra, intra, juxta, ob, pone, prope, propter, per, præter, poſt, penes, ſecus, ſecundum, trans, ultra, uſque, verſus.

M. Recenſe præpoſitiones ablativum regentes.

P. A, ab, abs, abſque, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, ſine, ten⁹.

M. Da præpoſitiones utrique caſui ſervientes.

P. 2 In, ſub, ſuper, & ſubter, modò accuſativum modò ablativum exigunt; ſed diverſa fere ſignificatione.

M. Da præpoſitiones quæ extra compoſitionem nunquam inveniuntur.

P. Am, di, dis, re, ſe, con.

M. Profer exempla.

P. Am, ut Ambio: Di, ut Diduco: Dis, ut Diſtraho: Re, ut Recipio: Se, ut Sepono: Con, ut Conduco.

M. Quot ſunt præpoſitiones extra compo-

1 Præpoſitiones accuſativum regentes, triginta & Verſus. Verſus & uſque ſuis caſibus poſt ponuntur. Tenus regit aliquoties genitivum pluralem, ut Crurum tenus, Cumarum tenus.

2 Accuſativum aſciſcunt cùm junguntur verbis vel participiis motionem ad locum ſignificantibus, aliàs plerunque ablativum exigunt.

Con amittit n quoties componitur cum dictione à

compositionem usu receptæ?

P. Sunt in summa plus minus quinquaginta. DE INTERIECTIONE.

M. INterjectio quid est?

P. Pars orationis quam affectus cujusque temere exprimit.

M. Quot sunt interjectionum significationes?

P. Sunt totidem numero quot sunt animi perturbati motus & affectus.

M. Da exultantis. P. Evax, vah.
M. Da dolentis. P. Heu, hoi, hei, ah.
M. Da timentis. P. Hei, atat.
M. Da admirantis. P. Pape.
M. Cedo vitantis. P. Apage, apagesis.
M. Da laudantis. P. Euge.
M. Recense vocantis. P. Eho, io, ho.
M. Cedo deridentis. P. Hui.
M. Recense exclamantis. P. Oh, proh.
M. Da imprecantis. P. Malum, væ.
M. Da ridentis. P. Ha, ha, he.
M. Da silentium injungentis. P. Au, st.

vocali incipiente: ut Cooperio, coemo: at junctum cum verbo edo, mutatur in m, ut Comedo.

DE CONIVNCTIONE.

M. COnjunctio quid est?

P. Est pars orationis, quæ dictiones & clausulas connectit.

M. Da conjunctioni accidentia.

P. Potestas, ordo.

M. De potestate conjunctionum quid dicendum putas?

P. Potestas conjunctionum est multi-

Vt in corpore sine nervis ossa non cohærent, sic in sermone citra conjunctiones nec verba, nec clausulæ possunt aptari.

faria. M. Recense 1 copulativas.

1 Quia copulant tam verba quàm sensum.

P. Et, que, atque, ac, quoque, prætereà, item, itemque, cum, tum, tum, tum Hue spectant, & his contrariæ, Nec, neque, neu, neve. Ex his quatuor geminantur, Et, que, nec, neque: Et suspensivę dicuntur priori loco: ut Et fugis & pugnas.

M. Da 2 discretivas.

2 Quia copulant ea quæ discreta esse intelligi volumus.

P. Sed, sedenim, at, ast, atqui, quidem, autem, verò, porro, quin *pro* sed, cæterum, verum, veruntamen, verumetiam, verumenimvero.

M. Da 3 disjunctivas.

3 Quia ea distinguunt quorum alterum, non utrumque affirmamus

P. Aut, ve, vel, seu, sive: & hæ quoque suspensivæ priore loco dicuntur: ut, Aut bibe, aut abi.

M. Da 4 perfectivas.

4 Quia fini perfectionique præponuntur.

P. Vt, uti quò *pro* ut ne, & ut *pro* ne non.

M. Da 5 rationis redditivas, sive causales.

5 Quia subjiciunt rationem ejus quod præcessit. Quo pro ut præcipuè post non.

P. Nam, namque, enim, etenim, quòd *pro* quia, quippe utpote, siquidem, quando, quandoquidem, propterea quod, quoniam, quatenus, & *pro* quia, ut *pro* quia, ut *pro* utpote.

M. Recense conditionales.

6 Quia has ibi adhibemus ubi de duobus dubitamus.

P. Si, sin, ni, nisi.

M. Da 6 dubitativas

P. Ne, an, anne, num, utrum, nunquid, necne.

M. Da 7 illativas seu rationales.

7 Quia significant aliquid eorum quæ præposita sunt,

P. Ergo, ideo, igitur, itaque, idcirco, quare, quamobrem, quocirca, proinde, propterea, ideoque.

8 Adversativæ dicuntur, quibus non obstare, nec impedimento esse quod dicimus, significamus.

M. *Da* 8 adversativas.

P. Etsi, tanquam, quanquam, quamvis, licet, tametsi.

M. *Da* adversativarum redditivas.

P. Tamen, attamen, sedtamen, veruntamen.

M. *Da* imminutivas.

P. Saltem. &, at, certe, vel: cum pro saltem accipiuntur.

M. Recense conjunctiones quas veteres appellant expletivas.

P. Quidem, equidem, nimirum, autem, scilicet, nam, profecto, vero, enimvero, sedenim, etenim pro certe.

ORDO.

M. Quid dicis de ordine?

P. Ordo est triplex: nempe, Subjunctivus, præpositivus, & translatitius.

M. Recense coniunctiones subiunctivi ordinis?

P. Quæ, ve, ne *pro* an, quoque, quidem, autem, vero.

M. *Da* coniunctiones ordinis præpositivi?

P. Reliquæ omnes sunt ordinis præpositivi, quia primum ipsæ locum in sensu suo vendicant. Exceptis his. Namque etenim. siquidem, ergo, igitur, quæ ordinis sunt translatitii sive communis.

CON-

CONSTRVCTIONIS PRÆCEPTA QVÆDAM maximè generalia, pueris primum proponenda.

Intransitiva Constructio prima.

VErbum personale finiti modi habet ante se nominativum, expressum vel subintellectum ejusdem numeri & personæ: ut Ego amo, vel amor: *Virtus laudata crescit.*

APPENDIX PRIMA.

Infiniti modi verba pro nominativo accusativum volunt: ut *Rumor est Regem adventare.*

APPENDIX ALTERA.

Duo vel plura singularia conjunctione copulata, pluralis vim habent: ut *Petrus & Ioannes ludunt.*

Intransitiva 2.

Adjectivum cum Substantivo in genere, numero & casu consentit: ut *Pius puer, pudica puella, dulce pomum.*

Intransitiva 3.

Relativum cum repetita dictione, expressa vel subaudita, concordat in genere, numero & casu: ut *Diem dicunt, qua die omnes conveniant.*

Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu ——— (rem

Dictio per caſus inflexa, quæ cum altera tanquam eandem rem ſignificante conjungitur, in eodem caſu ponetur, ſive verbum intercedat, ſive non: ut *Tu es civis, Ego vocor Paulus, Ille diſcit invitus.* In quibus exemplis Verbum intervenit: in ſequentibus verò non item: ut *Cicero conſul, Taurus mons, Fortha amnis, Vrbs Edinburgum.*

TRANSITIVA CONSTRVctio nominum.

SUbſtantivorum duorum ad diverſa pertinentium, alterum eſt genitivi caſus: ut

Liber Regis: Omnium rerum viciſſitudo eſt.

Partitiva nomina, aut partitivè poſita, gaudent genitivo plurali, ejuſdem generis: ut *Nulla ſororum: alter geminorum.* Sive interrogativa ſint: ut *Quis noſtrum? Vter veſtrum?* Sive comparativa aut ſuperlativa: ut *Major & maximus fratrum.*

Comparativa verò, quæ per *quàm* exponuntur, ablativum poſtulant: ut

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum, pro *quàm aurum, quàm virtutes.*

Adjectiva quæ deſiderium ſignificant, genitivum adſciſcunt: ut *Studioſus philoſophiæ. Cupidus rerum novarum.*

TRANSITIVA VERBORVM AC PARTICIPIORUM participialiumq; conſtructio.

Conſtructio Activorum.

ACtiva omnia, aut activæ ſignificationis verba, cum accuſativo conſtruuntur: ut *Amo, ſequor, veneror Deum: Curro ſtadium.*

APPENDIX.

Multa verba tam activa quàm deponentia, loco accuſativi infinitivum accipiunt: ut *Cupio, nolo, volo diſcere: Conor, molior auferre.*

Paſſivorum Conſtructio.

Paſſiva omnia aut paſſivæ ſignificationis verba, regunt poſt ſe ablativum cum prępoſitione: ut *Amor à Deo: Criminor à te.*

Indicativi Conſtructionem tota verbi declinatio, item participia ac participialia ſibi vendicant: ut *Amo, amas, ama, amem, amare, amans, amaturus virtutem: Eo amatũ virtutem, Tempus amandi virtutem, Amando virtutem Deoplacemus: Amandum eſt virtutem.*

Priora ſupina activæ ſignificationis ſunt, & poſt verba motus ad locum, adhibentur: ut *Eo viſum, luſum, venatum*: id eſt, *ut videam, ludam, venor.*

Poſteriora ſupina paſſivè capiuntur, & adjectivis adhærent: ut

Nil dictu fœdum viſúque hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt, ——

GENE-

GENERALIS NOMINVM VERborum ac Participiorum Constructio.

OMne Activum, nec non omne Verbum & Participium significans commodum aut incommodum, potest admittere dativum denotantem personam aut rem cui aliquid fit: ut

Veritas multis est injucunda, sed grata bonis:
Non omnibus dormio, vel dormiens:
Mihi isthic nec seritur nec metitur.

Adjectiva quemadmodum & Verba & Participia, quæ copiam aut inopiam significant modò genitivo, modò ablativo gaudent, sed hoc frequentiùs: ut *Plenus rimarum*, vel *rimis*: *Dives opum*, vel *opibus*: *Vacuus curarum*, vel *curis*: *Orbus utroque parente*: *Captus oculis*, *Egeo*, *indigeo*, *egens*, *indigens æris*, vel *ære*: *cohortationis*, vel *cohortatione*.

Instrumentum, causa & modus actionis, tam nominibus, verbis quàm participiis, in ablativo semper apponuntur: ut *Scribo* vel *scribens calamo*: *Palleo*, *pallens*, & *pallidus metu*: *Puer ætate*: *Vir prudentia*.

Dum vires annique sinunt, tolerate laborem,
Nam veniet tacito curva senecta pede.

APPENDIX.

Observabis causam & modum actionis, præpositionem interdū admittere, instrumentum verò nunquam: ut *Taceo pudore*, vel *præ pudore*:

Summo labore hoc peregi, vel *cum ſummo labore*, ſed *ſcribo cum calamo*, *cum atramento* cave dixeris.

PRETIVM.

Omnia verba ſibi ſubjiciunt pretii nomẽ in ablativo, modò ſit ſubſtantivum: ut *Vendidit hic auro patriam*; *vitioſa nuce non emerim*, cave addas *pro*.

TEMPVS.

Tempus in accuſativo vel ablat. ponitur, quando reſpondetur ad quàmdiu: ut *Quàmdiu vixit Neſtor? Tres ætates*, vel *tribus ætatibus*. *Quàmdiu dormit glis? Totam hiemem*, vel *tota hieme*. In ablativo verò tantùm, cùm reſpondetur ad *quando*: ut *Quando ſcripſiſti? Meridie*: *Hora tertia pomeridiana*. *Quando venit tabellarius? Prima aurora, nocte intempeſta*.

LOCVS.

Locus item in accuſativo vel ablat. effertur, cùm ejus menſura aut intervallum exprimitur, vel cùm reſpondetur ad *quantùm*, aut *quàmprocul*: ut *Quantum hinc diſtat Edinburgum? Iter* vel *itinere unius diei*. *Viginti quatuor miliaria*, vel *miliaribus*. Alioqui cùm in loco diſtante aliquid fieri vel factum eſſe ſignificamus, ablativo tantùm utimur: ut *Captus eſt quarto ab urbe lapide*.

Proprium nomen oppidi ponitur in accuſativo, ſi motus ad locum ſignificetur: ut *Quo is? Eo Edinburgum*. *Cumas ſe contulit*. Vel ablativo, ſi mo-

si motus fit per locum, aut è loco: ut *Qua iter faciebas? Laodicea. Vnde redis? Edinburgo.* Aliquando prępositio additur: ut *Ad Genevam pervenit: Ad Messanam transiere: Venère à Roma: Ab Epidauro navi advectus est.*

Si quies aut motus in loco significetur, proprium nomen oppidi singulare primæ aut secundæ declinationis, ponitur in genitivo: tertiæ verò & plurale quodvis in dativo & ablativo: ut *Cùm essem Laodiceæ: Cùm Synadis: Cùm Iconii, Ille erat Carthagini: Lacedæmone honestissimum est præsidium senectutis. Vixit Athenis.*

APPENDIX.

Nominibus regionum & villarum præpositio additur: ut *Cæsar exercitum in Britanniam traduxit, & ex Britannia in Galliam reduxit. In Cumanō cùm essem, tu in Pompeiano.*

ANNOTATIO AD PRAECEDENTIA DE LOCO.

Propriorum constructionem sequuntur hæc appellativa, Genitivi quidem casus *domi, belli, militiæ, humi,* Dativi *ruri,* Accusativi *domum & rus,* Ablativi verò *domo & rure.*

ADVERBIORVM CONSTRVCTIO.

Adverbia junguntur verbis, participiis, nominibus, & interdum aliis adverbiis: ut *Scitè pingit, scitè pingens: Admodū puer: Egrigiè impudens, Sat citò, si sat bene.* Adverbia comparativa quæ per *quàm* exponuntur, ablativum volunt: ut *Cæsare politiùs scribit nemo,* id est, *quàm Cæsar.*

Adverbia quædam loci, temporis & quantitatis, genitivum poſt ſe recipiunt: ut *Vbi terrarum, interea temporis: Satis loquentiæ: Sapientiæ parum.* Adverbia vocandi vocativis adduntur: ut *O Petre, Heus Iacobe.*

Præpoſitionum conſtructio in Rudimentis definitionum habetur, indeq; erit petenda.

INTERIECTIONVM CONSTRVCTIO.

Interjectiones nonnullæ dativum admittunt: ut *Hei miſero mihi: Væ capiti tuo. Heu* verò nominativum & accuſativum, ut *Heu pietas, Heu priſca fides, Heu me miſerum.*

CONIVNCTIONVM CONSTRVCTIO.

Coniunctiones copulativæ & disiunctivæ, & quædam aliæ ſimilibus ferè caſibus & modis interponuntur, ut *Vir bonus & ſapiens, Suſtine & abſtine, Aut minores ſint animi, aut facultates majores: Aut manenti vincendum, aut moriendum. Fortior Scipio quam Hannibal. Neminem audit niſi præceptorem.*

FINIS.

STUDIO.

STVDIORVM PVERILIVM CLAVIS

PARS SECVNDA, ELEmenta Syntaxeos complectens.

CAPVT I.

Convenientia dictionum variatarum.

VERBVM convenit cum nominativo in duobus, numero & persona, ut *Ego lego, Tu legis, Præceptor docet.* In verbis primæ & secundæ personæ nominativus sæpe subauditur, ut *Si vales, bene est, valeo.*

Adiectivum consentit cum Substantivo in tribus: in genere, numero & casu: ut *Vir bonus: Mulier casta.*

Relativum convenit cum antecedente in

duobus, genere & numero: ut *Vir ſapit qui pauca loquitur.*

Interrogativum & Reſponſivũ conveniunt in uno, nempe caſu: *Cui debemus omnia? Deo. Quis nos redemit? Chriſtus.*

Partitivum conſentit cum genitivo plurali in unico: viz. in genere: *Primus Romanorum: Fortiſſimus Græcorum: Vnaquæque fœminarum.*

CAP. II.

Convenientia dictionum invariatarum.

HÆc Adverbia junguntur verbis quæ quietem ſignificant: ſcilicet, *Hîc, illic, iſtic, intus, foris*, &c. *Sedet intus.*

Hæc adverbia adduntur verbis motus: *Huc, illuc, iſtuc, intrò, foras*, &c. *Eamus nunc intrò: Exi foras.*

Ne Adverbium prohibendi, jungitur imperativo, aut ſubjunctivo, *Ne timeto* vel *ne timeas*,

Coniunctiones, *Et, atque, aut, vel*, cõnectunt eoſdem caſus & modos, *Pius & probus, Scribit & legit.*

Vt, quò, licet, ne, adhærent Subiunctivis, *Oro ut redeas.*

CAP. III.

Regimen Nominum.

VNum Subſtantivum regit aliud in genitivo, ut *Vncia auri, Par calceamentorum, He-*

mina vini, Sextarius Zythi. At si Substantiva illa idem sint, ponuntur in eodem casu. *Deus pater, Christus Iesus, Dominus noster, Paulus Apostolus.*

Adiectivum significans commodum aut incommodum, voluptatem aut dolorem, regit dativum, *Vtilis bello, pernitiosus Reipublicæ, Gratus Deo, Molestus amicis.*

Adiectivum significans copiam aut inopiam, regit genitivum aut ablativum, *Plenus rimarum*, vel *rimis.*

Dignus, indignus, vacuus, orbus, contentus, & *præditus*, regunt ablativum. *Dignus laude, indignus odio, Orbus patre, Contentus parvo, Præditus virtute.*

Comparativus gradus regit ablativum, *Candidior nive*, exponitur per *quam. Rarior Phœnice*, id est, *Rarior quam Phœnix.*

Superlativus regit genitivum pluralem, *Fortissimus Troianorum*, exponitur per *inter, de, è* vel *ex. Minimus fratrum*, id est, *Minimus inter fratres*, vel *è fratribus.*

CAP. IV.

Regimen Verborum Personalium.

FInitus Modus habet ante se nominativum: ut *Natus meus amat.* At Infinitivus habet ante se accusativum, *Rumor est natum meum amare.*

re. *Aiunt Regem adventare.* Finitus modus eſt quilibet præter Infinitivum.

Verba Subſtantiva & Vocativa, iiſque ſimilia habent poſt ſe nominativum, ut *Deus eſt juſtus. Vocor Petrus. Habeor dives.* Nam qui caſus præcedit, idem ſequetur, *Deus eſt juſtus. Credo Deum eſſe juſtum.*

Eſt, pro *pertinere* regit genitivum, ut *Quicquid habemus, eſt Dei*, id eſt, pertinet ad Deum.

Eſt, pro *habere*, regit dativum, *Non eſt mihi nummus*, id eſt, *Non habeo nummum.*

Eſt, pro *afferre* regit duos dativos, *Eſt mihi voluptati*, id eſt, *Adfert mihi voluptatem.*

Verbum Activum regit Accuſativum, ut *Cole Deum, Ama parentes, Numeras arenam, Oſculatur matrem.*

At *Vtor, abutor, fruor, fungor, veſcor, careo* ablativum exigunt, *Vtere divitiis, Ne abutare Dei donis, Veſcitur herbis, Morte carent animæ.*

Verbum quod cõmodum vel incõmodum, voluptatem vel dolorẽ ſignificat, regit dativũ, ut *Nec ſibi, nec aliis prodeſt, Laudi tuæ faveo.*

Pretium ponitur in ablativo, *Emi librum duobus aureis, Demoſthenes docuit talento.*

At *tanti, quanti, pluris, minoris*, ponuntur in genitivo: ut *Quanti emiſti librum? Non vendo pluris quam alii, Fortaſſe minoris, Minoris æſtimatur probitas quam pecunia.*

Verba passiva regunt ablativum intercedente Præpositione *a*, vel *ab*, ut *Amor a Deo.*

Verbum unum ab alio regitur in Infinitivo: ut *Gaudeo te valere.*

CAP. V.

De Gerundiis, Supinis, & Participiis.

GErundia, Supina & Participia, regunt post se casum suorum verborũ: *Causa discendi literas huc veni. Legendo libros doctus evades. Eo visitatum parentes, Amans Deum.*

Gerundia in *di* pendent à Substantivis, *Tempus resipiscendi.* Item ab adiectivis, *Cupidus discendi.*

Gerundia in *do* pendent à præpositionibus, *A, ab, in, ex, Deterres me a discendo.* Interdum absolutè ponuntur, *Scribendo disces scribere.*

Gerundia in *dum* pendent à prępositionibus *Ad, inter, ante. Ne sis præceps ad loquendum. Inter cænandum hilaris esto.* Interdum absolutè ponuntur cum verbo *Est, Vtendum est ætate, Serviendum est dignitati.*

Supinum in *um* ponitur post verbum motus, *Abiit piscatum.*

Supinum in *u* ponitur post nomen, ut *Turpe dictu, Indignum auditu, Nefas dictu.*

CAP. VI.

Regimen Verborum Impersonalium.

VErbum Impersonale nullum ante se casum habet, *Pœnitet me peccati.*

Accidit, contingit, evenit, conducit, expedit, lubet, libet, licet, placet, displicet, vacat, regunt post se dativum, *Conducit Reipublicæ, Peccare licet nemini. Non vacat mihi scribere.*

Iuvat, delectat, decet, oportet, regunt accusativum cum Infinitivo, *Delectat te vagari, Non decet te rixari.*

Pœnitet, piget, tædet, miseret, pudet, regunt accusativum cum genitivo, *Piget me vitæ, Miseret me tui.*

CAP. VII.

Sequuntur rerum & actionum circumstantiæ instrumentum, modus, locus, tempus, &c.

INstrumentum & modus ponuntur in ablativo, sine præpositione. Instrumentũ, ut *Scribo calamo. Stricto gladio me adortus est.* Modus, *Submissa voce cãtat. Alta voce loquitur.* Cognoscitur modus, quia respondetur ad *quomodo.*

Oppidi nomen ponitur in genitivo, cùm quæstio est per *ubi*, ut *Vbi studes? Taoduni.*

Excipe si nomen oppidi sit tertiæ declinationis, aut pluralis numeri, tum enim ponitur in dativo vel ablativo, ut *Habitat Andreapoli, Militat Carthagine* vel *Carthagini, Natus est Parisiis, Athenis.*

Hæcappellativa, *Domi, humi, militiæ, belli*, ponuntur etiam in genitivo, cum quæstio est per *ubi, Iacet humi, Potat domi.* At, *degit rure* vel *ruri*, in dativo vel ablativo.

Nomen oppidi ponitur in accusativo, cum

quæritur per quò, cum appellativis *domum* & *rus*, *Defers noctuam Athenas*. *Profectus est Andrapolin*, *Abiit rus*, *Contulit se domum*.

Oppidi nomen, cum quæritur per *unde*, ponitur in ablativo, cum *rure* & *domo*, ut *Veni Roma*, *Parisiis*, *Taoduno*, *rure*, *domo*.

Tempus ponitur in ablativo, cum quæstio est per *quando*, *Quando venisti?* *Hora tertia*, *Hesterna nocte*.

Cum quæstio est per *quãdiu*, ponitur in accusativo vel abl. *Quamdiu studuisti?* *Duas horas* vel *duabus horis*.

CAP. VIII.

Regimen dictionum invariatarum.

ADverbia *en* & *ecce*, regunt nominativum vel accus. *Ecce tibi nuntius*, *Ecce miserũ hominẽ*. *O* & *heus* vocativum, *O formose puer*, *Heus Syre*.

Derivata regunt casum primitivorum: *Omnium elegantissimè loquitur*.

Adverbia temporis regunt genitivum: *Pridiè illius diei*. Dicimus etiam *Pridiè Kalendas*.

Adverbia loci & quantitatis itidem regunt genitivum: *Nusquam gentium est*, *Multum loquentiæ*, *Satis verborum*.

CAP. IX.

Regimen Præpositionum.

PRæpositiones quæ regunt accusativũ, sunt una & triginta: *Ad*, *apud*, *ante*, *adversus* vel *adversum*, *cis*, *citra*, *circa* vel *circum*, *circiter*, *contra*,

tra, erga, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, ponè, propè, propter, per, præter, post, penes, secus, secundùm, trans, ultra, usque, versus: ut *Ad patrẽ, apud Deum, ante ædes, adversus* vel *adversum hostes, cis Rhenum, citra necessitatem, circa* vel *circũ forum, circiter horam decimam, inter fratres, contra inimicos, erga amicos: extra terminos, infra tectum, intra privatos parietes, juxta macellum, ob quæstum, ponè Tribunal, propè Galliam, propter virtutem, per agros, præter morem & consuetudinẽ, post tergum, penes arbitros, secus viam, secundùm Regem, supra cœlum, trans montem, ultra Indos, Oceanum usque, Italiam versus.*

Præpositiones quæ regunt ablativum sunt sedecim: *A, ab, abs, absque, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, præ, palam, sine, procul, tenus*: ut *A patre, ab hoste, abs quovis homine, absque causa, cum exercitu, coram testibus, clam patre, de lana caprina, è foro, ex ædibus, pro clientibus, præ timore, palam omnibus, sine labore, procul dubio, mento tenus.*

Quatuor præpositiones accusativum vel ablativum regunt, *In, sub, super*, & *subter*, regunt accusativum, dum est motus, *Eo in scholam, sub umbram.*

At ablativum dum est quies: *Sum in templo, In schola, sub umbra.*

CAP. X. *De resolutione.*

IN resolutione seu expositione hunc ordinem sequitor. 1. Sume

1. Sume vocativum si sit: ut *In te locavi spem meam, Rerum Creator optime*: sic ordina, *optime Creator rerum, ego locavi*, &c.

2. Verbum Impersonale, si adsit: ut *Esse oportet ut vivas, non vivere ut edas*: ordo esto, *oportet esse ut vivas.*

3. Nominativum cum verbo: ut *Intolerabilis fit malitia, cùm laudatur*, sic retexe, *malitia fit intolerabilis.*

Porrò cape dictionem regentem ante dictionem à tergo rectam: ut *Trium literarum homo*, sic ordina, *homo trium literarum.*

Quod autem subintelligitur suppleto, *Tecum habita*, sic, *Tu habita tecum.*

FINIS.